



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. III. Ad c. firmiter I. X. de SS. Trin. De descensu Christi ad inferos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

ca ædificata est, antehac Basilica Constantini dicta, quod fuerit à Constantino magno donata Sylvestro Pontifici, si fides Blondo, *Instaur. Ital.* Hic loci septem Synodi coactæ fuere. Prima sub Nicolao II. Sabaudo, in quo damnatus error Berengarii & Pseudo Pontifex, præscriptiaque eligendi summum Pontificem formâ per solos Cardinales can. *In nomine Domini. dist. 23.* Platina in *Nicol.* Secunda sub Calixto II. Bürgundo, coactis 900. Patribus, in quâ contra Turcam constitutum, & decreta contra Imperatores Germanorum à prioribus Pontificibus stabilita & ademtæ concubinæ Sacerdotibus & Clericis. Alb. Kranzius *lib. 3. c. 40.* Tertia Synodus habita est sub Innocentio II. circiter annum domini 1135. coactis mille patribus, in quâ potissimum decretum, ne quis in prædiis sacerdotalibus sibi successorem constituere possit. Otto Friuliensis *lib. 7. c. 23.* Quarta sub Alexandre III. Pontifice, circiter A. D. 1170. In quâ, ne quis Turcis arma subministraret cautum, itemque sacerdotiorum pluralitas prohibita. *c. 3. de cler. non resd. eorumque ante vacationem præmissio c. 2. & 3. &c. Ex tenore de concess. præb.* Prælatis prohibitæ epulæ lautiores, venationes, & hujusmodi plura. *c. cum apostolus. X. de censib.* Quinta maxima Synodus sub Innocentio III. de quâ diximus. Vide *P. Æmilium lib. 6.* Sexta Lateranensis sub Eugenio IV. Veneto peracta anno 1446. teste Platinâ, quâ actum, ut Germani, qui nec Romano, nec Engenio IV. Allobrogi Principi adhærebant, reducerentur ad unitatem. Septima sub ptima sub Julio II. contra Turcas, quam transtulerunt Pisani, ut Julio II. scribit *P. Jovius.* Sed re infectâ, tractatuque habito super derogatione pragmaticæ sanctionis in aliquibus, tempore Leonis X. ejus successoris & Francisci. I. Regis Galliarum conclusum hoc fuit concilium & conventiones seu concordata ibi publicata & approbata. Vide *Proœmium Concordatorum.*

C A P. III.

Ad c. firmiter i. X. de SS. Trin.
De descensu Christi ad inferos.

S U M-



S U M M A R I A.

1. *Decretalis, Firmiter.* 3. *Theodori Balsamonis sententia.*
 2. *Patres concilii quid de descentia Christi ad Inferos statuerint.* 4. *Hic articulus incertum quo tempore symbolis insertus.*

IN hoc concilio edita fuit celebris illa *Decretalis*: *Firmiter, Decretalis*, quam doctor subtilis, magnique nominis Scotus in 2. dist. 4. *Firmiter*. *Patres concilii quid de descentia Christi ad Inferos statuerint.* vel explicatus loquentem, Symbolis omnibus antecille quid de ferre non dubitavit. Ajunt concilii Patres, Christum descendens ad inferos in animâ & resurrexisse in carne. *Theodorus Balsamo Patriarcha Antiochiae in Responsis ad interrogata canonicâ Patriarchae Alexandrini, Marci lib. 5. Juris Graeco-Romani refert Johannis Damasceni sententiam his verbis: Ο μέγας ἐν ἀγίοις tuerintur. Ιωάννης ὁ Δαμασκηνὸς; ἐν τῷ Φωτίῳ σωματικῶς. ἐν ἀδη δὲ, μὲν Theodori ψυχῆς, ὡς θεός, ἐν φραγμάτω δὲ μὲν ληστή, καὶ ἐν θεραπείᾳ χριστοῦ Balsamonis γέ μὲν πατρός καὶ πνευματοθόρη, πάντα πληρῶν, ὃ αὐτοὶ γε αποστολικη σententia. Id est: In sepulcro corporaliter, in inferno autem cum animo, ut Deus: In paradyso vero cum latrone, & in throno fuisti, Christe, cum Patre & Spiritu, omnia implens, qui incircumspectus. Vide Montacutium orig. Eccles. tom. prior. parte posteriore p. 440. Hugonem Sanfordum Anglum libris 4. operâ & studio Roberti Parkei ad umbilicum perductis Amstelod. 1611. Goldastus in Rationali constitutionum Imperialium pag. 15. §. 5. Incertum quo primum tempore symbolis fuerit insertum. Neque enim agnoscunt symbola Nicenum, Copolitanum, Ephesinum, Chalcedonense, Romanum, & alia orientalia. Non illud Justiniani Imperatoris in 1. tempore cum recta, §. 1. C. de Sum. Trin. Non Rufini Aquileiensis Apostolici symboli interpretatio in D. Cypriani operibus posita. Veteris Germanicae Ecclesiae non unum vidi, nec temere deprendas tamen, vel in illo posterioris seculi, quod tomo II. rer. Alemann. est editum. *Hac Goldastus.* Sed nostra Ecclesiae aliter.*

C A P. IV.

De Transubstantiatione.

S U M -